DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO THEORETICA
PERTRACTANS

SYMPTOMATA MORBOSA
IN
EXTREMITATIBUS OBVENIENTIA

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE
ILLUSTRISSIMI AC MAGNIFICI
DOMINI
PRAESIDIS ET DIRECTORIS
CLARISSIMORUM AC CELEBERRIMORUM
D. D. PROFESSORUM
PRO
Doctoris Medicinae et Chirurgiae Laurea
RITE OBTINENDA IN CELEBERRIMA
ACADEMIA JOSEPHINA
PUBLICAE DISQUISITIONI
SUBMITTIT

Franc. Carolus Müller,
Moravus Eulenbergensis. Medicus castrensis.

In theses adnexas disputabitur in aedibus Academiae Josephinae die mensis Martii 1837.

VINDOBONAE,
TYPIS CAROLI UEBERREUTER.

Quod adest, memento
Componere aequus: —

Horat. Lib. III. Carm. 29.

PROOEMIUM.

Nulla cum existat organismi nostri pars, quae morbo affligi non valeret, omnis autem cum status morbosus partis cujuscunque grandioris aeque ac exilis, nobilioris aeque ac ignobilis per signa quaedam seu deviationes a normalitate in conspectum venire necessario debeat; nulla dehinc exstat pars, quae tractamen non admittat semiologicum i. e. quae normam relinquens non exhibeat phoenomena observatorem assiduum certiorem reddentia non solum de statu morboso praesente in organo adfecto vigente, verum etiam de ejus simulac totius reliqui organismi morbo futuro praeteritoque. Discrepant autem hic organa singula inter se

eatenus, quatenus eorum nonnulla tribuant signa ista tam copiosa, clara, manifesta, sensus nostros tam valide offendentia, ut negotio in scopum praedictum faciliori adhiberi queant; ubi e contra alia vix cernenda, obscura, majori tantum attentione seduliorique observatione cognoscenda dent status immutati indicia. Priora organa esse talia, quae nobilia vocari consuevimus, quae in intimo versantur nexu cum ceteris plerisque, in quae influxum exercent potentissimum, sponte elucet, uti et posteriora magis esse isolata, plus adficienda, quam adficientia ignobilia dicta. Clarescit porro quoque, quae inter illa organa latius et amplius, quae arctius et difficilius sint pertractanda et pertractata.

Ambobus fere intermedia, imo potius ad posteriorum catervam inclinantia esse videntur mihi extremitates, quarum semioticam pro viribus exhibere interpretationem in sequentibus conor.

Duplex cum vocabulo *extremitas* jungi potest notio, latior nimirum et strictior. Sensu

latiori, a vetustioribus praesertim medicis usitato, in sphaeram notionis hujus verbi trahendum est omne extremum corporis nostri, omnis notabilior prominentia extrorsum directa, prouti auricula, nares externae e. s. p.; strictiori autem sensu organa motui voluntario praerogative dicata: *artus; membra; extremitates superiores et inferiores; manus et pedes*; et haec tantum hujus tentaminis semiologici sistunt objectum.

Porro abnormitates extremitatum tales, quae cum statu sano organismi totius coëxistere valent, quae sanitatem, relativam saltem, non turbant, nec in ullo cum morbo quodam praesente et futuro versantur nexu v. c. deviationes formae extremitatum minus notabiles, uti longitudo aut ambitus unius alteriusve, vel ambarum superiorum aut inferiorum, in ratione ad reliquum corpus vel inter se, justo major, quae pulchritudinem, formositatemque corporis humani quidem, sublata symetria, tollere queunt, a nullo autem morbo praesente positae, nullumque ponentes, — tales, inquam,

abnormitates negligendas esse censui et vituperavi.

Restat, ut, quem ordinem in enumerandis signis sequar, paucis adumbrem.

ORDO TRACTAMINIS.

Exstat ea signorum in extremitatibus occurrentium copia et multitudo tanta, ut confusio nascatur incredibilis necesse sit, nisi rite terminentur, finiantur, dividantur; quapropter eorum faraginem mihi optimum videbatur secundum systemata organismi capatalia dissecare in tres partes, quarum prima signa complectitur systemati sensitivo appertinentia, irritabili altera, vegetativo postrema, quae divisio, nec non subdivisio sub schemate mox insequente clarius inspicienda.

Praeterea brevibus, ubicunque licuerit, praemittere semioticam sic dictam physiologicam seu talem, quae signorum ad extremitates relatorum in statu earum normali conditionem amplectitur, nulla ratione a medico vituperandam, etsi stricte ad physiologiam spectet, hujusque sistet partem integrantem, cepi consilium adhortante Grunero, qui dicit: „nemo enim in semiotice pathologica bene versabitur, nisi qui physiologicam, primoribus, quod ajunt, labris digustarit.“ En schema!

CAPUT I.

De signis e systemate sensitivo haustis.

De sensationibus extremitatum.

A. Sensationum excessus.

a) Sensationes inamoenae.
 1. Sensatio caloris et frigoris.
 2. Sensatio lassitudinis et dedolationis.
 3. Sensatio mirmecismi.
 4. Sensatio pruritus.
 5. Sensatio gravedinis.

b) Sensationes dolorificae.
 Dolor ejusque species.

B. Sensationis defectus.

Stupor et anodynia.

CAPUT II.

De signis in systemate irritabili radicatis.

A. De motu extremitatum.

a) Motus extremitatum praecipitatus.
 1. Motus convulsivi.
 2. Tremor artuum.
 3. Subsultus tendinum.
 4. Motus ceteroquin praecipitati.

b) Motus lanquidus.

c) Motus involuntarius.

d) Motus impeditus et plane abolitus.

Appendix. De motu normali, sed anomalias inducente et de situ extremitatum.

B. De circulatione sanguinis in extremitatibus.

C. De temperatura extremitatum.

CAPUT III.

De signis e systemate vegetativo sumtis.

A. De volumine extremitatum.

a) Volumen auctum.
b) Volumen imminutum.

B. De forma extremitatum.

C. De superficie earum.

a) Quoad visum.
 1. De colore.
 2. De splendore.
b) Quoad tactum.
 1. De asperitudine, duritie, siccitate, tensione.
 2. De laevitate, mollitie, laxitate.
c) Quoad olfactum.
d) Quoad excretionem cutaneam.

CAPUT I.

De
signis e systemate sensitivo haustis.

De sensationibus extremitatum.

Sumitur bonum ab extremitatibus sanitatis augurium, ex intacta tamen earum sensibilitate sensationum; cujuscunque illae generis sint, absentia.

A. Sensationum excessus.

a) De sensationibus inamoenis.

1. Sensatio caloris et frigoris in extremitatibus.

Sensatio aquae calidae supra extremitates effusae, vel venti fervidi illas perflantis sive ambobus frigidis decursum plerumque nervorum sequens, sub nomine aurae epilepticae notae, qua prodromus annuntiare solet *insultum epilepticum*.

Sensatio frigoris in extremitatibus cum simultaneo caloris sensu in partibus internis nonnunquam cernitur in morbis hypersthenicis; signum est activitatis systematis nervosi inaequaliter distributae, hic concentratae, ibi deficientis, et plerumque praegredi solet *pravum* eventum. In extre-

mitatibus inferioribus sensatio obveniens frigoris qua prodromus insultus *arthritici* et *hysterici* observatur.

Eadem sensatio vel ac si guttulae aquae frigidae extremitatem permearent, inter consuetos prodromos *paralyseos* ejus adparere solet.

In *myelitide* aliisque spinae dorsalis affectionibus in extremitatibus specifica interdum adest sensatio frigoris, per nervorum influxum impeditum forsan optime explicanda.

In genere sensus frigoris in extremitatibus praecedere et annuntiare solet paroxismos *neurosium* typi intermittentis.

Si in apoplecticis sensatio accedit frigoris in extremitatibus, *pessimi* est ominis.

Cernitur denique sensus frigoris in extremitatibus cum conatu eas excalefaciendi sub *debilitate vis vitalis*, *in cachecticis*, *senio*, *reconvalescentia*.

2. Sensatio lassitudinis et dedolationis.

Haec plerumque adest initiantibus *febribus inflammatoriis*.

In sanis lassitudo spotanea derepente accidens signum est *morbi adgredientis*.

In aegrotantibus varios indicat status morbosos, vel *lanquorum vis vitalis*, uti post spasmos fortiores et longius indurantes, post dolores ingentes, generatim post nimium extremitatum exercitium vel indicat *vires suppressas* e. g. per plethoram, sordes gastricas, mechanicam nervorum

pressionem e. s. p. vel *vim vitalem revera deficientem* (torporem).

Quapropter haec sensatio praecedere interdum solet extremitatum *paralysin*.

3. Sensatio myrmecismi aut formicationis

in extremitatibus se praesentat in *raphania* per excellentiam. Porro obvenit in stadio secundo *ischiadis* nervosae Cotunni, ubi sub nervi cruralis adfectione in antica, nervi autem ischiadici in postica aestat femoris parte clarissime distincta, decursumque horum nervorum assidue sequens. Sensus formicationis in 2do stadio *myelitidis* saepe observatur in digitis extremitatis unius superioris vel ambarum vel in tota extremitate, raro in extremitatibus adversis, rarissime in ambabus superioribus vel inferioribus simul (Sachs).

In *arthritide* haec sensatio insultum praecedere solet; sic et morborum spasticorum inter annuntiat paroxismos. Comes denique est nonnullorum exanthematum chronicorum, uti *scabiei*, *herpetis*. Interdum etiam inter prodromos *milliarium* obvenit digitos occupans. *Mali* est ominis sub *dispositione* ad apoplexiam; nam, cum congestionibus ad encephalon simul intrans, *apoplexiam* esse in proximis, indicat.

4. Pruritus

in extremitatibus designat adgressum *exanthematis* in illis erupturi.

Porro interdum adparet imminente insultu *ar-hritico*, *rheumatico*.

In extremitatibus, inprimis inferioribus, oedc-natose tumentibus inflammationem *erysipelatosam* imere facit. In senescentibus obveniens designat *ecretionem urinae anomalam*.

Constans etiam signum est nonnullorum exan-hematum chronicorum, uti *scabiei*, *herpetis*.

5. Sensus gravedinis.

Hic in extremitatibus superioribus non raro bservatur sub *erysipelate*, inter prodromos *icteri* t dein, si *hepatitis* transgredi minatur in statum uppuratorium,

b) *Sensationes dolorificae.*

Dolor pro ratione modo salutaris esse potest, nodo exitiosus. Non perperam extollitur laudibus onsideratus qua quamcunque mutationem, insidias rganismo struentem, fideliter denuntians valetu-linis nostrae severus custos; ubi e contra immise-icorditer saeviens crutiatusque parans summus ab julatu miserorum sat accusatus et condemnatus evera interdum timendus est.

In extremitatibus saeviunt praesertim dolores n *scorbuto*, *pellagra*, *plica polonica*, ulterioribus tadiis *colicae saturninae*.

In superioribus extremitatibus praecipue in *iepatitide* acuta et *ossificatione arteriae coronariae ordis*, in inferioribus sub *ischiade* in latere ad-ecto.

In pede dextro interdum dolor exstat sub *diabete mellito.*

In *hydrothorace* (secundum Haller) interdum dolor in brachiis praesto est.

Dolor haud raro suris et cruribus tam pertinaciter insidens, ut et medicaminum eludat vim, et hominem valde excruciet, latentem *hepatis abscessum* notare dicitur.

Dolor, qui *articalarios* defendit, eo brevior esse solet, quo est vehementior.

In genere dolores in extremitatibus superioribus indicant affectiones *capitis et thoracis*, dolores inferiorum extremitatum autem *abdominis.*

Variam vero pro varia indole seu qualitate habent dolores significationem, sic lacerantes, distrahentes, scindentes, vagi praerogative *rheumatismo* conveniunt, ejusdem qualitatis dolores, ast articulationes extremitatum occupantes, *morbo arthritico* sunt proprii et *pellagra,* nec non in stadio prodromorum *raphaniae*, *plicae polonicae* et *lithiaseos* adparent. Porro dolor distrahens, lacerans in extremitatibus inferioribus sub hydrometra; in femoribus praecipue, ibique sat intensi in stadio prodromorun *variolarum* ac sub febris hujusce exanthematicae invasione.

Dolores scindentes, lacerantes; distrahentes rheumaticis perquam similes, ac interdum, vehementissimi non raro observantur sub *scarlatinoso exanthemate* florente, frequentius adhuc deflorescente, vel plane evanito in extremitatibus inferioribus, nonnumquam et in superioribus, tuncque praesertim in digitis earum, quos dolores specificos cel.

Heim inter symptomata scarlatinam a morbillis t rubeolis (prioribus praecipue) distincte discerientia numerari debere non haesitat.

Dolores lacerantes intensissimos in brachio siistro, mox adhuc comitatos iisdem in femore hujus ateris observavit Prof. Herbipolensis Friedreich amquam prodromos *tumoris lymphatici* supra claiculam sinistram residentis, qui id etiam proprii abuerunt, quod per lecti teporem incrementum eperint. [1])

Pulteney narrat exemplum, ubi *dilatationis ordis* undique aequabilis ac insignis cum simultanea arietum ejus crassitie multum inminuta characeristicum signum dolor acerrimus, lacerans extreitatum erat. [2]) Sic etiam Kreysig [3]) ejusmodi dorem in extremitatibus sub *amplificationibus cordis* e observasse adfirmat et quidem sub dilatatione ordis dextri in extremitate superiore sinistra. Oriinem videtur trahere iste dolor ex impedito sanguiis refluxu ex venis brachialibus in venas colli, uibuscum angulum faciunt rectum; cava enim vena on solum sub atrii cordis dextri dilatationibus, sed sub aneurismatibus arcus aortae extrorsum et extrorsum in sanguine evacuando impeditur, hinc raecipue influxus sanguinis ex vena brachiali siistra in illam inhibitus sit, necesse est.

) Heilung einer Lymphgeschwulst durch salpetersaures Quecksilber, beobachtet von J. B. Friedreich; im Archiv f. med. Erfahrung von Horn, Henke und Nasse. 1819. März, April. S. 363.

) Philosoph. transact. Vol. LII. Pars I. pag. 344.

) Kreysig, Krankheit. des Herzens. 1. Theil. S. 340.

Dolores perforantes osteocopi per noctis tempus intensiores adesse solent in *syphilitide universali*.

Dolores rodentes observantur in *podagra* et inflammatione articulorum, nec non in *ulceribus et carie* extremitatum.

Dolores contrahentes in extremitatibus *spasticis* proprii sunt earum *adfectionibus*; ita dolor talis in suris designat modo idiopathicam (topicam), modo consensualem adfectionem spasticam, in gravidis autem, ubi plerumque simul oedemate pedum ac varicibus junctus est, indicat pressionem per foetum.

Denique dolor singularis naturae a thorace ad apices usque digitorum decurrens nonnunquam praesto est in *angina pectoris*.

In *plica polonica* ipsi unques interdum dolent.

B. Sensationis defectus.

Stupor extremitatum in sanis occurrens designat modo pressionem nervorum mechanicam, modo circulationem sanguinis prohibitam, per quascunque causas ambae productae sint.

Stupor, praesertim in digitis manuum cum spasmodica tensione et rigiditate extremitatum junctus, occurrit inter prodromos *milliarium*.

Sensus stuporis in digitis aut totis extremitatibus haud raro obvenit in *myelitidis* stadio secundo.

Diebus criticis, annuntiat in nonnullis casibus imminentes *crises* per sudorem, vomitum et haemorhagias. Stupor extremitatum porro obvenit in stadio prodromorum *epilepseos et apoplexiae*, posterioremque non raro sequitur.

In *phthisi tuberculosa* stupor cernitur in un

xtremitate superiori; sub *calculis biliosis* in extre-
itate superiori et inferiori dextra; sub *calculo re-
ali* adest in extrimitate inferiori lateris adfecti.

In *ischuria* interdum stupor detinet ambas extre-
itates inferiores.

Malum habetur in decursu exanthematis *milliaris* upor extremitatum signum.

Sub *hydrocephalo*, *contusione capitis*, *sopore*, *renitide* stupor unius alteriusve aut omnium extre-
itatum gravem metuendam esse cerebri adfectio-
em indicat.

Si stupor extremitatum sanguine abundantes ercet, ita, ut manus et digiti quasi mole in-
escere, hebescere, atque in pugnum haud facile
lligi posse videantur, scire licet, vasa humorum
ultitudine compleri, commune sentiendi organon
rui et nisi brevi liberetur, nervorum resolutionem
se subsecuturam. Membrorum hinc in *apoplecticis* upor pessimi est ominis.

Anodynia obvenit in extremitatum *paralysi et resi*. In stadio secundo *myelitidis* stuporem ar-
um interdum accedit earum anodynia.

Praeterea observatur inter symptomata *intoxi-
tionis* narcoticae.

In genere *mali* est ominis.

Dolorem enim prorsus non sentientes, monente
n Celso, vita non diu fruentur.

Aegri, Gruner ait, quos morbus tenet gra-
s, dolorem non sentiunt.

Anodynia extremitatum in morbo *arthritico* aeter rationem occurrens scire licet, aegrotantem
summo versari vitae *periculo*.

CAPUT II.

De signis in systemate irritabili radicatis.

A. De motu extremitatum.

Motus extremitatum sanitati optime conveniens ille est, qui peragitur cum agilitate, facilitate, constantia, exercitii grandioris tolerantia, lassitudinis absentia, voluntati promptissima obedientia, nullam parans ceteroquin abnormitatem.

a) *Motus extremitatum praecipitatus.*

1. Motus convulsivi.

In genere obveniunt hi extremitatum motus in morbis cum aucta receptivitate systematis nervosi. Modo consensuali occurrunt sub *vulneribus* gravioribus, *doloribus* vehementissimis, sub irritatione ex *helminthiasi*, ex *dentitione* in infantibus, ex *sordibus gastricis*, *biliosis*, *hyperoxysi* in organis digestionis, in morbis systematis *uropoëtici*, in periodo *pubertatis*; — modo symptomatico in *morbis exanthematicis* sub eruptione exanthematis praecipue, sub transitu febrium in characterem nervosum, in *typho*, in *hysteria*, in animi *pathematibus* vehementioribus, imprimis terrore, ira, gaudio nimio; in morbis

ordis, quibus maxime familiares, in *intoxicatione*, *xhaustione*, *cachexiis*, *debilitate nervosa* post haenorrhagias magnas, in *galactirrhoea*, *onania*, suppressione evacuationum consuetarum, in *epilepsia*, n *chorea* St. Viti, *tussi convulsiva*, *eclampsia*, *rahania*, *rabie* canina e. s. p. — modo metastatico n *arthritide*, *exanthematum retropulsione*, lactis rerogressu etc. — modo mechanico in organorum ensilium *laesione* graviori, prouti *cerebri*, *medullae pinalis* et singulorum *nervorum* per vulnus: contuionem, oppressionem, corrosionem, repletionem anguine, sero, extravasatis, corporibus peregriis, vitiis organicis, calculis renalibus, sub partu.

In mechanicis cerebri laesionibus observatum st pluries, in extremitatibus lateri encephali adecto contrariis convulsiones esse ortas, ita ut sub aesione lateris capitis sinistri extremitates dextrae notibus laborarent convulsivis.

Semiotica horum extremitatum motuum signicatio in genere dependet a causis, quibus producuntur, ab eorum duratione et vehementia.

Vix infausti sunt ominis in subjectis *junioribus*, *rritabilibus*, uti in infantibus, foeminis, in hysteriis, in quibus laevissima induci et creari valent ausa v. g. per irritationem vermium, dolorem aud gravem, refrigerium levidense, animi affectu ninimo e. s. p.

Ita etiam sub *initio febrium acutarum* per se *ravioris non* sunt praesagii, nisi qui incedunt aliis ymptomatibus periculo plenis.

Imo interdum ad symptomata naturae auxiliria spectant.

Ab *initio morborum exanthematicorum* exorti aeque eruptionem exanthematis impedire ac promovere queunt, quod colligendum ex reliquorum symptomatum syndrome.

Non raro *faustum* secum ducunt praesagium; criticas evacuationes: per alvum, sudorem etc. antecedentes; ast brevi hic indurare debent, quin crisi perficiendae obviam sint. Quo vehementiores illi sunt motus, eo *periculosiores*.

Malum concedunt augurium motus extremitatum convulsivi, qui cum *turbis psychicis*, syncope e. t. juncti sunt, porro, qui ex *evacuationibus inanibus* e. g. haemorrhagiis, qui retropulsis axanthematibus et menstruis vel lochiis retentis exoriuntur.

Laesiones mechanicas adgressi motus convulsivi extremorum plerumque periculo turgent, adfectionem graviorem encephali aut medullae spinalis pronuntiantes. Convulsiones extremitatum sub mechanica ventriculi laesione consuetum praebent symptoma.

Periculo pleni sunt convulsivi extremitatum motus sub *inflammationibus* gradus altioris, quia plerumque instantem in grangraenam transitum timendum faciunt.

Plane vero ante portas esse mortem designant illi, qui in *intoxicationibus*, ultimis morborum *hecticorum et hydropicorum* obveniunt periodis.

In *gravidis* occurrentes multum ferunt periculi, haemorrhagias enim plerumque aut abortum qua sequelas secum ducunt, praecipue mox ante vel sub partu ipso ingredientes, ita, ut cel. Plenk se observasse testatur, inter 12 gravidas paulo ante

artus exordium motibus extremitatum convulsivis orreptas ne unam fuisse sanatam. Excipiendi autem unt illi convulsivi motus, qui prae violentia doloum eorumque longiori duratione sub ipso partus bore exoriuntur; minus enim hi funesti, quippe olores partu absoluto sponte cedunt. Qui in *exorio* morborum acutorum se manifestant, tam omiosi non sunt, quam qui in eorum superveniunt *ne.*

Ad *delirium* adgredientes extremitatum motus onvulsivi augurium tradunt tristissimum.

Apoplecticos quando accedunt, mors certa est t prompta.

Quo longius denique eorum *durationis* est temus, eo funestius, quod exhibent, praesagium.

In genere *ante* pubertatis periodum minus, quam lla elapsa sunt timendi.

Bene medicus in memoria retineat, quod mous convulsivi per abusum quorumdam remedioum, uti praeparatorum ex saturno et mercurio, ec non per methodi evacuantis citra modum exeritium in lucem proferantur, ne in statuenda diagosi errorem committat, alias inevitabilem.

2. Tremor artuum.

In genere obvenire solet in plurimis systematis ervosi morbis.

In specie in *plethora generali*, post *suppressioem evacuationum* sanguinearum consuetarum, sub *ongestione* sanguinis in *cerebro* aut *medulla spinali*, ub *compressione* eorum per exsudationes, extravaata, pus, in capitis contusione, in *stadio frigoris*

febrium, in animi *pathematibus*, ira, gaudio, libidine, post *laborem effrenum* exercitiumque extremitatum validum et protractum, in *inedia*, post nimium *veneris lusum*, in *senectute*, sub abusu potuum *spirituosorum*, *narcoticorum* praesertim potus coffeani, sub abusu *mercurii* (tremor speciatim mercurialis dictus) *plumbi et arsenici*, qua reliqium *arthrodynia*, *rheumatalgia*, in *helminthiasi*, in *metastasibus* variis, post *haemorrhagias* ingentes, in statu *debilitatis* generalis, imprimis a febribus asthenicis relicti.

Tremor porro artuum adesse solet in *taenia* e stadio prodromorum *metrorrhagiae*.

Communissimum est symptoma in *febribus nervosis*.

Praeterea manuum tremor princeps quasi signum febris *carcerariae* et primarum viarum *sordibus* repletarum, praecipue si cum perpetuo fronti et superciliorum jungitur attactu.

Generatim periculum tremoris artuum dependet a tempore, quo accidit et causis, quibus producitur.

Minime terrere debet, qui parvus, recens congenitus est, qui a causa externa et humorum copia exoritur, qui validis evacuationibus et morbi gravioribus praeeuntibus in stadio reconvalescentiae adparet; sponte enim cedit corpore redintegrato; neque ille in stadio frigoris febrium praesens. Tremor extremitatum superiorum interdum antecedit *epistaxin* criticam.

In stadio critico non raro adparet, qua prodromus evacuationis criticae, crisi autem vel incomplet

el nulla subsequente *pessimi* evadit praesagii, metaases funestas timere faciens.

Saepius morbi, in quibus hoc symptoma a rincipio se manifestat (plurime febres nervosae) *ironici* evadunt.

Non desunt; testante *Grunero*, exempla, ubi *olor capitis* pertinacior et duiturnus, prouti a gore facta vocis defectio, brachii manusve tremore unt judicata.

Pejoris ominis artuum tremor vehemens justoue longius perdurans in febribus adauctam systeatis nervosi receptivitatem adfectionesque encehali et medullae spinalis pronuntians, nec non qui vermibus nervisque obstructis provenit.

Tremor artuum adparens in connubio eorum tuporis, nec non vertigine junctus praecedere solet *poplexiam et paralysin.*

Difficillime est sanatu, qui ex *abusu veneris*, *otuum spirituosorum*, *laesione calvariae* aut diu ubsistente cerebri compressione atque *intoxicatione* per plumbum, arsenicum et mercurium originem rahit. — Tamen interdum ille a potu crebro vini piritumque, biboni pertinaciter insidens, cessat, ubi vari et gutta rosacea, nec non tussis violenta et cum sputis foetidis juncta, destillatio copiosa et longa, sudor et alvus fusior supervenit.

Insanabilis fere habetur, qui *paralysin* supervenit, qui *apoplexiae* est reliquium, qui denique *senibus* valde incommodat.

Lethifer ultimo exstat, qui in febribus ardentibus post delirium incidit, atque linquam occupat, nec non in horrendas transformatur convulsiones

qui *phreniticos*, *vulneratos*, *lethargicos* aut aegros summe *debilitatos* corripit, qui tandem in *moribundis* cernitur.

3. Subsultus tendinum.

Optime hoc symptoma cernendum est in carpis. In genere periculosius habebatur et interdum habetur, quam revera est. In *sanis* praeter consuetudinem obveniens non raro praesagit morbum accedentem. Familiare est morborum *gravium*, *acutorum*, *malignorum* et *ad summum deductorum* signum, interdum *ferox et convulsiones ipsas* antecedit *delirium*.

Saepissime adest inter prodromos paroxismorum *neurosium*, praecipue *hysteriae*, *hypochondriae* e. s. p.

Etiam *encephalitidi* est commune. Interdum leviorem *choreae St. Viti* gradum sistit.

Nullum injicit tendinum in extremitatibus subsultus terrorem, qui in *sanis*, *hypochondriacis*, et *hystericis* accidit.

Majoris est in aegrotantibus valoris.

Variat tum pro morbi genere atque causa ejus semiotica significatio.

Bonum habetur signum, quando ejus ministerio eruptiones ad cutis emissaria deferuntur v. g. in *variolis et purpura*, praecipue ubi in febre secunda confluunt, aut, ubi intus reverterunt, iterum in cute efflorescunt, si dolor recrudescit, si egestio humorum morbosorum salutaris supervenit.

Nonnulli hocce symptoma qua nuntium non ıro *criticarum* evacuationum se observasse dicunt.

Gravius fert augurium, si incedit in connubio liorum symptomatum periculosorum, uti respiatione stertorosa, pulsu exili, frequentissimo ut intermittente, sudoribus frigidis, viscidis, leliriis vehementibus, tremore labiorum e. s. p. uum hic mortem praenuntiat instantem; item bi nascitur a cerebro infirmato, laeso atque lestructo.

Malum porro signum in *altiori febrium gradu.*

Haud raro, ubi convulsiones indurantes morbo letentum vexant, assultus tendinum carpi conspiiuntur, dum accessio exacerbatur. Ast hi neque unt periculosi, neque nisi exinde imminentis ccessionis tempus et intensionem definire velis, d praesagiendum multum valent.

4. Motus extremitatum ceteroquin praecipitati.

Infantes in *colica* extremitatibus inferioribus *alpitant* (zappeln) easque ad abdomen trahunt. dem obvenit sub *gastromalacia.* Haud raro digiti vehementer moventur, id quod *febrem validam, lelirium* propinquum periculumque haud leve, in nfantibus quoque *vermium rosiones* designat.

Jactitatio extremitatum continua inter *pessima* locandum signa.

Extremitates inferiores interdum specifice moventur ac si *titubarent* (straucheln) sub ingressu in principio hydropis ventriculorum cerebri.

b) *Motus extremitatum lanquidus.*

Lanquor motus extremitatum familiaris *febrium* comes est et pedissequa. Adparet quoque in statu *debilitatis* universalis, in *algore* et *febri intermittente algida*, in *perfrigerio* (phricasmo) et *diabete mellito.* Interdum sponte sua, absque ulla causa evidente subito incidit, estque tum signum, morbos graves esse adventuros. Porro adest in *plethora*, sub *compressione cerebri*, *sordibus* intestinorum biliosis, in *helminthiasi*, *obesitate*, *hydrope*, *hysteria* e. s. p.

Laetioris est praesagii, qui a humorum copia, circuitu impedito, cerebro compresso aut sordibus enascitur gastricis, quippe post vomitum illico cessat, nec non in obesis, hystericis, hypochondriacis, leucophlegmaticis.

Si inediam aut gravem sequitur morbum, nonnisi cum malis indiciis est, tunc *deliria* et *melancholia* timenda videntur.

Maxime infausti ominis est lanquor motus extremorum, ubi in febribus acutis et multum defatigantibus incidit, et cum subita virium defectione jungitur, ubi a capitis contusione insigniori et gangraena imminente originem haurit, ubi subito et vehementer ex angina laborantes invadit et aegros jam desipientes v. g. phtisicos conclamatos.

Quo major lanquoris extremitatum motus gradus est, eo *periculosior* haberi debet morbus.

Justo serotinus adparet, motus extremitatum in infantibus *scrophulosi*, *rachitide*, aliisque morbis infantilibus asthenicis laborantibus.

c) *De motu extremitatum involuntario.*

Peccat motus extremitatum, quamquam cetero-
uin a normalitate non recedat, etiam in eo,
uod voluntati, ipsum in statu sano gubernanti,
on obediat. Tales motus obveniunt praesertim
ı *encephali* adfectione graviori.

Sic in altioribus *febris nervosae* gradibus morbo
etenti varios manibus peragunt motus, circuma-
unt acsi aliquid quaererent aut capere vellent vel
onsueta quoque absolvunt manibus negotia.

Notum, qualia in *somnambulismo* extremitates
eragant.

Infantes, si varios extremitatibus perficiunt
notus somniantes, haud raro *vermibus* laborant,
raeterea sub *dentitionis* periodo gingivam, in
ydrocephalo caput, in *helminthiasi* nares, umbili-
um et anum prehendunt.

Memoratu dignum est, quod sub insultu *epilep-
ico* pollex flexus ceterisque digitis illum tegentibus
t quoque flexis intrusus sit, nec non quod idem
n foetibus interdum obveniat. In *raphania chronica*
pollex, pro possibilitate extensus, retro incurvatus
cernitur.

In *febribus nervosis* occurens muscarum venatus
(crovidismus) floccorumque collectio (charphologia)
denotant plenariam mentis absentiam et plerumque
antecessores sunt *mortis*; evictum nondum est,
an aegri revera hasce videant res aut an hi motus
solum sint imaginationis laesae sequelae.

Si infantes certam saepe saepius tangunt manibus corporis sui plagam, dolor, pruritus aut alia sensatio molesta ibi haerere videtur, quod a medico numquam negligendum et praetervidendum est. Varia sine conscientia insequuta extremitatum gesticulatio *grave et periculo scatens* exhibet in morbis acutis signum.

d) De motu extremitatum impedito et plane abolito.

Impeditur motus extremitatum in *arthritide* acuta et chronica, in decursu *erysipelatis neonatorum*, extremitatum inferiorum praesertim in *ischiade*, in genere autem in omnibus extremitatum *morbis organicis*. Tollitur vero plane omnis earum motus in *paralysi*. Talis autem extremitatum motus defectus exoriri solet in *hydrocephalo interno*, ad finem *colicae saturninae* et *diabetis melliti*, denique qua *convulsionum*, *apoplexiae*, *ischiadis* Cotunni *et febrium acutarum* pedissequa; nec non *rheumatismi* in illis residentis; in *cachexiis* variis, *syphilitide*, *scrophulosi*, *rachitide*, *arthridite*, post intensissimos *dolores*, *spasmos*, *intentiones in graviditate*, *hysteria*, *sordibus gastricis*, biliosis, *helminthiasi*, sub *intoxicatione*, *suppressione exanthematum*, evacuationum consuetarum, *in plethora*, in animi *pathematibus* vehementissimis, *ictibus electricis*, praesertim in morbis systematis *nervosi* intensioribus, nec non *in inflammationibus* cervicalibus, thoracicis et abdominalibus, ubi ex adfectione nervorum e spinali medulla exeuntium explicandae sunt;

:c Portal observavit in nonnullis pneumoniis ex-
emitates superiores, in inflammationibus abdomi-
alibus inferiores ex paralysi motricem perdidisse
cultatem.

Senescentes imprimis *hypochondriaci* haud raro
o laborant malo.

Extremitates superiores praecipue movendi do-
m amittunt in *colica saturnina* et sub *vomica pul-
onum*.

Inferiores in *tabe dorsali*, *in* 2do. *scorbuti et in*
io *hydropis ventriculorum cerebri* stadio. In *calculo
nali* in latere adfecto. In *paraplegia* vel solum su-
eriores aut solum inferiores hac ratione adfectae
int extremitates.

In *paralysi cruciata* una superior simul cum
na inferiore, sed lateris contrarii; haec in *dysen-
riis et diarrhoeis* intensioribus interdum adparet
: plerumque insanabilis est.

In genere motus extremitatum ex paralysi abo-
tus, qua signum vitalitatis ad imum reductae in
ystemate principali, scilicet nervoso, non aliud
uam *funestum* videtur portendere praesagium, sed
amen criticum interdum ajunt esse symptoma, v.
. in tussi *convulsiva*, *atrophia*, *intoxicatione* me-
allica ac inde *non mali* ominis.

Motus extremitatum ingrediens in morbis cere-
ri et spinae dorsalis variis, uti inflammationibus,
ommotionibus, luxationibus vertebrarum e. s. p.
ravum ac funestum exhibet augurium, nisi medela
daptata brevi disrapuerit, graviorem omnino affec-
ionem aut extravasata indicans.

Aeque *mali* praesagii est suppressis exanthematibus v. c. scabie, exortus.

Melioris ominis est in graviditate, spasmis uterinis, hysteria, sordibus gastricis, biliosis, helminthiasi e. t. consensuali natus modo.

In morbis acutis *lethale* saepe est signum, praesertim si aliis sociatur symptomatibus malis; sic, ubi extremitates inferiores tali ratione adficiuntur, aeger plerumque (sphacelo viscerum abdominalium) moritur.

Ex *debilitate* autem in his morbis inductus plerumque sponte sua, licet tarde, evanescit.

Superiores in genere corripiens *funestius* praebere solet augurium, quam inferiores extremitates. *Pessima* est extremitatum ex paralysi immobilitas, si membrum affectum emacuit et colorem cutis decoremque amisit.

Immobilitas artuum simul juncta cum earum *rigiditate* obveniens in decursu morborum signum semper est *periculo scatens*, praesertim autem, si post evacuationes nimias et in specie post *haemorrhagias* ingentes exoritur.

Ingrediens sub *stadio frigoris febrium* in subjectis senilibus *pravi* est ominis, et haud raro praenuntiat *febrim intermittentem apoplecticam.*

Obvenit porro in *tetano*, *anchylosi*, *perfrigerio*, morbo indico la *Crampe* e. s. p.

Partialis vel unam alteramve extremitatem detinens est prodromus *trismi* et *tetani* universalis.

Melioris ominis est qua antecursor paroxismi *hypochondriaci* vel *hysterici*, nec non in foeminis

ritabilibus ante *menstrualis fluxus* ingressum adhaerens.

Sub eruptione nonnullorum *exanthematum* v. c. morbillorum, variolarum, milliarium interdum accidit simulcum totius corporis immobilitate; ast minime timenda, nisi alia signa graviora adsint, praesertim si exanthema mox sub levamine effloresscit.

Inflexibilitas artuum cum sensuum integritate observatur in *catocho* (Steifsucht).

Immobilitas artuum absque rigidate et cum flexibilitate obvenit in *catalepsia*, *apoplexia*, *sopore*, *cataphora*, *syncope*, *asphyxia*, *caro* e. s. p.

APPENDIX.

De motu extremitatum normali quidem, sed anomalias inducente et de extremitatum situ.

In stadio prodromorum *phthiseos exulceratae*, in *chlorosi*, *dilatatione cordis et aneurismate aortae pectoralis* motus extremitatum producit *asthmaticam respirationem* atque celerem *defatigationem*.

Sub *calculo renali*, *vitiis organicis lienis*, in *ischiade* et *ischuria* motus dolorificam inducit in loco adfecto sensationem.

In stadio inflammatorio *hydropis ventriculorum cerebri* motus lenissimi producunt vomitum.

Motus extremorum talis, per quem transversio corporis in aliud latus producitur, sub *calculis biliosis* in vesica fellea sensationem causat, ac si corpusculum aliquod ponderosum postvolveretur.

Eadem obvenit sensatio in thorace sub motu isto *rupta vomica* in pulmonibus.

Maximi sunt momenti haecce ultimo notata symptomata ad statuendam horum statuum morbosorum diagnosin.

Motus extremitatum interdum producit articulationum *crepitum* (Knacken) in subjectis exsiccatis, tabescentibus.

De situ extremitatum vario.

Situs extremitatum *optimus* ille est, qui a consuetudine naturali non abhorret, plerumque sub aegri cubito, brachiis cruribusque paululum reductis.

Indurans retinentia situs extremitatum, sub quo in momento insultus adgressi versabantur, in *catalepsia* observatur.

Situs extremitatum eo *pejoris* est ominis, quo magis praeter consuetudinem est. Sic *malum* habetur signum, si aeger genubus contractis vel vehementer complicatis hianteque ore cubat, id quod est delirantium, si creberrime extremorum situm mutat, id quod inquietudine et anxietate cruciatorum.

In *calculo renali* extremitates inferiores una trans alteram locantur.

Propendentia pedum a lecto quasi neglectim, ut et non percepta aegroto nuditas horum inter signa pertinet *pessima*.

Signum *exitiosum* fere est, si sub peripneumoniae et delirii finem pedes inaequabiliter et extra spondam disjiciuntur; ast scire licet, aegrum *non*

ericlitari, ubi a dolore artuum et juncturarum, on a debilitate summa proficiscitur. Extremorum tus *quietus* per se quidem signum *bonum* est, raecipue si sub somno placido observatur, cum ic laetus criseos salutaris saepe nuntius est, ast *essimum* quoque evadit, ubi ex virium defectu pleario aut earum suppressione proficiscitur.

Characteristicum *ischuriae* signum est perpeua genuum elevatio.

Saepissime, secundum Kreysig, *morbo coris* laborantes in tali versantur situ, ut trunco anerius inclinato brachia genubus, manus faciei imonant atque per diem et noctem extra lectum selle dependentibus extremitatibus inferioribus indeant, quem situm miseri terribile cruciati optime dhuc ferunt. Observatur hicce situs non solum in *arditide*, sed et facta ibi *exsudatione*, nec non sub *rganicis cordis vitiis*. Si tales aegri situm extremiatum antea intolerabilem subito optime ferunt, no quaerunt, *lethale* plerumque solet esse signum.

B. De circulatione sanguinis in extremitatibus.

Jam in statu normali circulum sanguinis in xtremitatibus, tamquam organis a centro circulaonis maxime remotis, minori fieri celeritate, scinus; hinc sub certis in circulo sanguinis turbis non best, ut in illis rarescat, imo plenarie sistat. Ita bservatio docet, in morbis *viscerum abdominalium*, raesertim talibus, qui circulationi sanguinis struunt mpedimenta, minori celeritate sanguinem in extre-

mitatibus procedere, quod demonstrat pulsuum conditio, extremorum pallor, temperaturae decrementum, ad motum segnities e. s. p.

Ita sub animi *pathematibus* validioribus, praecipue, terrore, ira, anxietate circulum sanguinis in extremis imminutum, imo ad imum fere reductum observamus.

Interdum et plenarie sistit in singulis extremitatibus sanguinis circumactio, denotatque idem aut *vitium* extremi adfecti *organicum* aut *spasmum* ingentem.

In *agone* circulus sanguinis in extremis plenarie quoque abolitur, ceterum adhuc perdurante, quapropter hoc symptoma merito inter *funestissima* collocare nequaquam haesitatur.

Localitatis extremitatum gratia reductio sanguinis ex iis jam in normali statu difficilior est, facili inde negotio collectu, hancce circulationis sphaeram turbari morbososque status induci posse per causas jam leviores, ita ut per vestimenta justo arctiora, praesertim extremitatum inferiorum: calceos, fascias tibiales, bracas nimis angustas etc. situm erectum longiori tempore et reiteratis vicibus retentum, pressionem per uterum gravatum varii status abnormes producantur, prouti stupor extremitatum, mirmecismus, oedema, varices e. t.

Frequentissimum circulationis in extremitatibus impeditae productum sistunt *varices*.

Hi *copiose* interdum in gravidis adparentes in genere *periculosi* non sunt, ast tamen interdum periculum inferre valent, ubi in subjectis laxis sul

imia venarum repletione *rhexis* earum exoriri, *haemorrhagiamque* pedissequam habere potest, quam haud raro *abortus ulceraque chronica* maligna subequuntur. Lubenter gravidarum varices in regione rticulationis pedis rumpere solent. Minores *mali umquam* sunt ominis, majores vero varias parant nolestias, pruritum, irritationem, inflammationem, psamque inducere possunt gangraenam. Rhexis nterdum eorum periodica visa. Interne rupti fieri aciunt oedema cruentum sive *thrombum.*

Ceteroquin cum sanguinis circulatio in extremitatibus intime cum earum temperatura cohaeeat, quae adhuc hic locorum forsan inducenda ssent, in sectione sequenti aptius dilucidabuntur.

C. De extremitatum temperatura.

Optima temperatura extremitatum est, quae ec supra, nec infra normalitatis gradum discedens, undique est aequabilis, qua signum circulaonis sanguinis rite procedentis, energiae vitalis, tatusque valetudinis praesentis.

Reperimur interdum temperaturam extremitaum ab illa reliqui corporis deflectentem, hancque jus deviationem hic tantum considerandum esse enseo, quam mutationes temperaturae extremitaum simul cum illa totius corporis ad semioticen ystematis cutanei externi spectet.

Temperaturam extremitatum justo majorem inenimus in *rheumatismo* non febrili recenti, in *ecticarum febrium* principio *phthiseosque pituitosae*, ec non in omni *statu suppuratorio* viscerum nobi-

lium, limitatus hic calor excedens est ad pedum plantas manuumque volas.

Vicissitudo temperaturae in extremitatibus secundum observationes in stadio 3tio *hydropis ventriculorum* cerebri interdum locum habet.

Plures existunt morbi, in quibus extremitates exhibent temperaturam infra normalitatis gradum versantem, prouti in initio exacerbationibusque *febrium*, in *congestionibus ad encephalon*, inter prodromos *haemorrhagiarum spasmodicarum* in genere, in *haemorrhagia arteriarum ex anastomosi*, in *haematemesi*, *haemorrhagia e vesica urinaria*, in *haemorrhoidibus* suppressis *menstruatione* nimia, *metrorrhagia* et in, qua horum morborum pedissequa, orta *depletione*.

Praeterea extremorum frigus adest in stadio prodromorum *febrium intermittentium*, in *cardialgia*, *cholera epidemica*, *angina pectoris*, *coeruleosi congenita* cum vitiis organicis cordis insignioribus et generatim in *tumoribus* ad cor, pericardium et vasa majora.

Interdum praesto est in stadio prodromorum *choreae et raphaniae chronicae*, nec non in *hypochondria* cum simultaneo in facie calore; porro in ultimis stadiis *colicae sanguineae*, in insultu *asthmati acuti* et praesertim sub evigilatione e somno in *hydrope cavitatis pectoris*.

Ad summum usque gradum evectum frigus extremorum observatur in *peripneumonia*, *cystitide*, *metritide*, *carditide*, interdum in *rheumatismo* non febrili recente et sub insultu *haematemeseos*.

Frigus, quod dicunt marmoreum, cernitur i

astritide, *enteridite*, *nephritide*, quod et in *febri uerperali*, *dysenteria* in superiori canalis intesti-alis tractu et in summo *depletionis* gradu obvenit.

Sub *lienis passione organica* specificum frigus xtremitatis inferioris sinistrae observatum est. In aroxismis *hystericis* ungues frequentius frigent. In *ydropicis* calor adauctus in extremitatibus, si antea rigebant, plerumque praebet signum *lethale.*

Manus calentes frigentibus brachiis semper *omi-osum* dant augurium.

Jamjam Hippocrates extremitates frigidas in onnubio cum aliis signis pravis prodromos adpellat *nortis*; ast interdum *criticis* evacuationibus antece-lit frigus extremorum ibique non *infausti* ominis.

Temperaturae extremitatum vicissitudo praesa-it *chronicum* morbi decursum.

Frigus extremorum in febribus excedens cum loloribus abdominalibus si stipatur, *malum* solet sse signum.

Extremitates in *febribus* frigidae cum sudore iscido, crasso frigente, pulsu antea exiguo, nunc lane evanito, imprimis si post deliria mens redi-erit, *mortem* proxime imminemtem significant.

Caloris augmentum in extremitatibus sub initio *hthiseos pituitosae* et *febris hecticae* difficile est ex-licatu, prouti et circumscriptus genarum rubor in iis morbis. Explicari solet per congestionem to-icam ad has partes, ast parum clarior res fit hac upposítione; an hic calor topicus non potius in vi-idiori resorptionis processu radicatur? — videmus nim in his morbis extremitates quoque marces-ere.

Calor ad partem quandam internam limitatus frigentibus extremitatibus, pulsu simul parvo, debili, inaequali, *gangraenam* in hac parte significant.

Frigus extremorum adparet praecipue in morbis organorum ad circulationis functionem spectantium, dehinc in *organicis vitiis cordis*, vasorum majorum, *pulmonum et haemorrhagiis*. Vis vitalis per jacturam humorum decrescit, circulus tardior evadit, ubi vero, quam in organis a corde remotissimis, prius et eminentius hujus sequela, frigus adpareret?

Frigus summum, marmoreum sub *inflammatione* organorum internorum in extremis adparens radicem ex vera sanguinis penuria ducit; nam sanguis in organis inflammatis accumulatus in partibus remotis sanguinis inopiam causare debet, quod eo verosimilius evadit per observationem, frigus sub transitu gastritidis in gangraenam ventriculi adaugeri.

In genere constat, in morbis ad exitum festinantibus lethalem extremitates frigescere, certum in indicium, vim vitalem ad internas nobiliores aufugisse partes, ibique se concentrasse, hinc ejus in extremis ignobilioribus defectus, circulatio tardior, frigus; in adfectionibus gangraenosis partium internarum id frigus ad maximum adscendit gradum sitique vehementi junctum est, qua vitae lanquoris pedissequa certissima.

CAPUT III.

De signis e systemate vegetativo sumtis.

A. De volumine extremitatum.

a) *Volumen auctum.*

Extremitates volumine crescunt in stadio prodromorum *ascitis*, *anasarcae*, *plethorae*, *melaenae*, inferiores serius in *chlorosi*, *febribus intermittentibus*, *hydrope cavitatis pectoris* ibique cum levamine manifesto. Porro in *rheumatismo* acuto simplici, in *asthmate* urinoso, *coerulosi*, *elephantiasi*, *arthritide* acuta et chronica, in 4to. stadio *phthiseos exulceratae* et in genere in ultimis *febrium hecticarum* stadiis.

Denique extremitates inferiores saepius volumen majus nanciscuntur in *morbis cordis* testante Kreysig (per intumescentiam hydropicam).

In *tumoribus* variis manuum et pedum, uti spontaneo, podagrico e. t. adparet partialis extremitatum voluminis augmentum. Idem observatur in *cacochymiis*, *infarctibus abdominalibus*, post *fugatam febrim*, ubi malleoli intumescunt. Digiti secundum observationes plures intumescunt et latiores fieri videntur in altiori *phthiseos* gradu, in *vomica* cum copioso pure. Ultimae articulationes digitorum intumescunt in stadio prodromorum *plicae polonicae*.

In *arthritide* saepius in extremitatum artubus adparent nodi.

Ratione dimensionis in longum. Extremitates inferiores adparent longiores in *coerulosi*, extremitas inferior adfecta in 2do *coxalgiae* stadio, post luxationes prave sanatas; adparens solum in *ischiade* nervosa Cotunni (quod hic revera non sit longior), discrimen statuit hanc inter et coxalgiam. Breviores cernuntur extremitates post *mechanicas laesiones*, *luxationes*, *fracturas* e. s. p. extremitas autem inferior adfecta in 3tio *coxalgiae* stadio.

Memoratu dignum, mirum et vix explicabile est, certos morbos cum specifica nutritione irregulari ac formatione junctos esse, ita, secund. Kreysig, aegri *desorganisatione cordis* congenita laborantes, ubi cor dextrum cum sinistro apertam communicationem offert, semper fere justo longiores extremitates inferiores unquesque habent et ciconiis non absimiles incedunt.

Quod extremitates inferiores *faciliori pactu*, quam superiores intumescant, explicatu haud difficile consideranti earum situm, qui resorptioni ac revectioni humorum in illis multum obest unde facilius stagnationes et rententiones sanguinis venosi oriuntur, quae in culpa sunt, quod pars sanguinis serosa separetur et in telam cellulosam effundetur; hinc in odemate pedum semper reperiuntur venae cutaneae tumentes, coeruleae, transparentes. Quod intumescentia extremitatum inferiorum sub *hydrope cavitatis pectoris* cum levamine ingrederetur tanto non mirum.

Si post male sanatas *febres irtermittentes* pedes

intumescere incipiunt, signum id est *hydropis* subsequentis; comites enim fideles *morborum hydropicorum* sunt extremitates intumescentes.

Intumescentia extremitatum juncta cum cardiopalmo signum est *aneurismatis et concretionum polyposarum.*

Intumescentiae malleolorum *mali* sunt ominis, quae *a cacochimiis*, *infarctibus viscerum et febribus inepte fugatis* proficiscuntur.

In *puerperis* tumor parvus, ruber, dolens in dorso manuum et planta pedum exorsus mortem ante portas esse significat.

b) *Volumen imminutum.*

Volumen extremitatum imminutum seu marcor adparet generatim in omnibus *morbis depascentibus*, ubi prius, quam reliquum corpus marcescunt. Explicari hoc potest, quod sub labe functionis reproductivae ortus defectus et inopia materiae nutrientis in organis a centralibus remotissimis necessario prius adparere debeat.

Et revera *paralysi* laborantium et *phthisicorum* extremitates, prius, quam corpus reliquum marcescunt, ultimo vero abdomen, qua centrum reproductionis.

In *scrophulosi* adparent extremitates superiores marcidae, licet interdum inferiores bene sint nutritae.

In *ischiade nervosa Cotunni* extremitas adfecta marcescit absque reliqui corporis notabili passione.

Marcescentia extremitatum superiorum est signum *accumulationis serosae* in cavitatibus corporis.

B. De forma extremitatum.

Extremitates curvae sunt signum *rachitidis*, *scrophuloseos* et generatim morborum in systemate lymphatico radicantium.

Digiti latiores et tumiduli unquibus ex aut incurvatis obveniunt in altioribus gradibus *phthiseos* et in *vomica*.

Paulo *ante mortem* digiti adparent laxi et contracti.

Variam unques induunt formam in morbis, sic in *plica polonica* ungulati, vasti, materia pinqui obducti, in *coerulosi* sunt supra digitorum apices incurvati, in *pellagra* et in 4to stadio *phthiseos exulceratae* curvi, quod generatim signum est, cutim pronam esse in morbos exanthematicos, interdum cum *herpete* id obvenit. In *raphania acuta* interdum sunt gangraenosi, in *chlorosi* nonnumquam emolliti, in *herpete maligno et lepra orientali alba* non raro decidunt.

In *syphilitide* interdum adparet sub unquibus macula rubra, moxque dein unguis decidit, sub recidiva hujus maculae unguis deformis fit, imo ad radicem syphiliticis ulceribus circumdatur. In *phthisicis* ungues curvati praenuntiant mortem instantem.

Decessus unguium indicat *intoxicationem*, *scorbutum*, *luem veneream*, *arthritidem*, *plicam polonicam aut febres malignas*.

C. De superficie extremitatum.

a) *Quoad visum.*

1. De colore.

Optimum est signum, si color extremitatum ab illo in statu sano praesenti non deviat.

Pallor extremitatum obvenit in *leucophlegmatia*, et *chlorosi*, in posteriori non raro in virides-centem abludit; temperamento phlegmatico est proprius, quod in praedictos morbos inclinat.

Denique adest in *spasmo cutaneo* earum et *in stadio frigoris febrium*, ubi si frigus intensum adest, n coerulescentem transit.

Post *haemorrhagias* largas pallor transgreditur n ceroflaventem colorem.

Nec in *reconvalescentia* e morbis gravioribus de-est extremorum pallor.

Color *luridus* signum est morborum *cachecti-orum.* —

In *febribus nervosis malignis* signum est mortis nstantis. Rarissime in *morbis acutis* obvenit, si utem, tunc signum *funestissimum.*

Color *flavus ictero* characteristicus occurrit *in orbis hepatis et systematis venae portarum:* indura-ionibus, calculis etc. Hic color sub *laesionibus apitis* accidens plerumque *lethale* fert signum. In *neumoniis*, testante Hippocrate, quoque *funestus.* nterdum sub *terrore* adparet.

Color *viridescens morbis lienis* familiaris.

Color *coerulescens* signum est *cacochymiarum*

evolutarum, obvenit in *intoxicationibus*, *febribus nervosis malignis*, *pesti*, *coerulosi* etc.

Si in morbis acutis et chronicis per pressionem jam leviorem exoritur *macula coerulea*, *pessimum* id est signum, laxitatem et debilitatem solidorum fluidorumque dissolutionem indicans.

Maternorum, si quae in extremitatibus obveniunt, *naevorum* coloris mutatio in coeruleum aut nigrum, nec non earum relaxatio in connubio cum aliis signis malis *ominis est pessimi*.

Praeterea color extremitatum coerulescens signum interdum est circulationis in iis laesae vel per spasmum vel stagnationem sanguinis venosi quaecunque ratione inductam exorsae, sic pressio venae majoris, sic pulmonum morbi illam colorem praedictum in manibus praesertim et facie adparentem

In *cyanosi* symptoma est characteristicum ille color, praesertim in manibus evolutus.

Color tandem *niger* signum periculo summo scatens ultimum *stagnationis et dyscrasiae* humorum gradum *gangraenamque* apertam extremitatum prodit.

Sic quando metatarsus in senibus discolor evadit, dolores prius praesentes desinunt, signum est *gangraenae senilis* adgredientis.

Tamen in nonnullis morbis epidemicis, *pesti*, *febribus nervosis malignis* etc. extremitates discolores redditae subsequutaque gangraena qua signa *critica* sunt observata.

Extremitates nigro, plumbeo tinctae colore sicut et unques praenuntiant in *morbis acutis* in *hydrope* et *phthisi* mortem proximam. (*Hippocrat.*

Frank observavit in muliere febri putrida laorante in fine morbi manus ambarum extremitatum olore tingi nigro permanente ceterum earum sensbilitate, die 3tio mors aderat.

Varium ultimo induunt extremitates colorem mulcum illo reliqui corporis, nec non maculis versissimis obsitae adparent in exanthematicis orbis.

Demum unques varie colorati inveniuntur in ariis morbis, ita in *plica polonica* sunt *rubro-fusci*, no *nigri*, saepissime vero *coeruleo* tincti observanr *colore* et quidem in stadio prodromorum *febrium termittentium*, in *haemorrhagia* arteriosa ex anaomosi, in *melaena*, *scorbuto*, *chlorosi* et *cyanosi*, ultimo morbo est signum pathognomonicum.

Nasse sequentibus verbis describit ungues in oc morbo: Die Nägel erscheinen hier, wie man sselbe nur im geringen Grade bey Schwindsüchgen sieht, dicker, gewölbter, und mit ihren vorrn Enden über die Spitzen der Finger überbon; die Farbe des Gliedes selbst ist dunkler, blauer, s die übrigen Theile des Körpers. (Reil's Archiv. . Band. 2. Heft.)

Porro hic color unguium adparet in plurimis *ılmonum morbis*, in *asthmate*, *croup*, *peripneumoa*, *vomica* pulmonum in *concretionibus* inter pleum, pulmones et diaphragma; in *tuberculis* pulmolibus, in stadiis ulterioribus *hydrothoracis*, *phthios* et in fine ad exitum lethalem festinantium *feium acutarum*.

In hisce casibus color coeruleus sensim ac sen-

sim fit plumbeus, imo niger, prouti et in *raphania acuta* saepius color unguium niger observatus est.

Hic color radicari videtur in *venositate* morbose *adcauta* in genere et speciatim in impedito refluxu sanguinis ad cor, imo in impedita sanguinis oxydatione in pulmonibus.

Inde explicandus hujus symptomatis ingressus in morbis pulmonum et cordis atque febribus inflammatoriis, in quibus circulatio plus minus adest impedita. Cum in *ictero*, an incedat per suppressionem activitatis hepatis (uti in hepatitide, ubi icterus qua symptoma adest), aut per impedimenta in ductibus exretoriis bilis exoriatur, tota cutanea superficies principium biliosum ex humorum massa recipiat, mirum non est, etiam ungues fieri flavos, qui pro gradu icteri variant colorem ex flavo in viridescentem aut nigrescentem.

Color coeruleus unguium inter prodromos *febrium intermittentium* adparens signum est recessus circulationis ad internas partes, nam et color primo in extremitatibus inter hos prodromos imminuitur.

Ungues pallidi indicant *mucosam*, *aquosam* humorum conditionem, *adfluxum* sanguinis *minorem*, *spasmum* et *debilitatem*; in *phthisicis* mortem portendunt.

Ungues nigri ad prodromos pertinent mortis.

Waitz (Hufeland's Journal 1803. 16. Band. 2. St.) adfirmat, omnes aegros *arthritide* et *rheumatismo* laborantes per usum balneorum sulphuricorum pro tempore ungues retinuisse nigros.

2. Quoad splendorem.

Superficies splendens obvenit in *hydrope* ex-remitatum inferiorum, priusquam rumpit.

Designat etiam iste splendor inflammationem *rysipelatosam* esse accessuram.

Oritur per extensionem, quam cutis ab humo-ibus infra accumulatis patitur.

b) Quoad tactum.

. De tensione, asperitudine, duritie et siccitate cutis in extremitatibus.

Cutis tensio, siccitas, durities in *febribus inflam-natoriis et exanthematicis* obvenit. Aspera redditur xtremitatum superficies in morbis *exanthematicis* um exanthemate supra cutem elevato, in *cuti* sic icta *anserina*; corrugata in *stadio desquammationis* onnullorum exanthematicorum morborum, prae-erea est signum vitalitatis cutis decrescentis, hinc *senio*, *morbis hecticis* etc.

Cutis anserina in exanthematibus *malum* sig-um. Epidermis manuum interdum dura et tensa dparet, qua *signum lethale in inflammationibus ab-ominalibus*, praesertim *metritide.*

Praeterea aspera extremitatum superficies est *elephantiasi*, ubi extremitates inferiores plus quam periores adficiuntur.

Characteristicum adparet in interna facie bra-iorum (etiam in mento et labiis), exanthema tim asperam reddens, siccum, subtile qua pro-omus *hydropis ventriculorum* cerebri.

In *rhagadibus* syphiliticis volae manuum et antae pedum fissae adparent.

In *plica polonica*, *lepra* et etiam in *scorbuto* ungues sunt asperi et in ultimo erosi.

2. De laevitate, mollitie, laxitate, teneritudine.

Superficies extremitatum adparet laxa, tenera, mollis in dispositione ad *scrophulosin et phthisin pulmonalem*. Laevitas nimia indicat adauctam cutis tensionem. Si cutis tensa, tenera et laevis est, tunc laesiones mechanicae, etsi leves, difficilius sanantur, etiam *erysipelas* lubenter adgreditur illis.

c) *Quoad olfactum.*

In *scabie* extremitates mucidum spargunt odorem.

In *panaritiis* et *gangraena senili* pars adfecta male olet.

In *arthriticis* et individuis *stagnationibus* viscerum abdominalium laborantibus pedes interdum *pessime* redolent.

d) *Quoad excretionem cutaneam.*

Pauci sunt casus in quibus se- et excretio cutanea in extremitatibus ab illa in reliquo corpore deviat.

In *angina* tamen *pectoris* et in *cholera* in extremitatibus adparet sudor viscidus, frigidus, et extremitates superiores in altero *phthiseos* exulceratae stadio, nec non interdum in *paralysi* earum, praesertim tempore sudant matutino.

Hi sudores in genere denotant vim vitalem imminutam et passivo saltem exoriuntur modo.

THESES DEFENDENDAE.

1.

Activitas systematis irritabilis per sanguinis tractiones adaugeri potest.

2.

Datur discrimen hypersthenicos morbos in- et activos, estque magni momenti.

3.

Ars declamatoria non est remedium ulti- m diaeteticum.

4.

Semiologia praxeos medicae basis.

5.

Magnetismus animalis remedium non sper- dum.

6.

Nullus morbus oritur primarie ex textu organicae immutatione.

7.

Applicatio cultri chirurgici remedium non- quam antiphlogisticum.

8.

Febris intermittens non ad classem febrium sed nevrosium spectat.

9.

Animi pathemata magnum exercent influxum in uropoësin.

10.

Sulfas chininae non omnes chinae virtute continet.

11.

Pharmaceuticorum auxiliorum in sanandi morbis virtus, absque concursu diaetaeticorum est insufficiens.

12.

Ignorantia fertilissima morborum causa.

13.

Superfoetatio et superfoecundatio nonni ludibria.

14.

Studium Chemiae medico quam maxim necessarium.

15.

Evolutio vitae foetilis studio medici digna